Dela Lib.a del Col. de Cuenca.

# DE VARIA QVERCVS HISTORIA.

ACCESSIT

PYLATI MONTIS DESCRIPTIO,

*Authore Io. du Choul G. F. Lugdunenſi.*



LVGDVNI,

*Apud Gulielmum Rouillium.*

1555.

# IO. CHEVIGNARDVS BELNENSIS AD AVTOREM.

*Ruris amant alij violas & diuitis agri*
*Spiciferæ laudant munera grata Deæ.*
*Pendentes alij lætis de vitibus vuas,*
*Aut oleas, myrthos, conigerásve canunt.*
*At ſacræ quercus, abiegnáque ſylua Pylati,*
*Præclara ingenij ſunt monimenta tui.*

# IVVENIBVS PARENTVM DOCTRINA ACCENSIS SALVTEM.

*AEmulatione quadam paternæ hæreditatis præcipuè motus, amantiſsimi adoleſcentes, hac ipſa tempeſtate, qua Chariſs. pater G. du Choul, Allobrogum Præfectus, immortalitati nomẽ ſuum commendauit, nihil profectò prius habere potui, quàm illa præclariſsima veſtigia tantùmque ſplendorem, veluti per anfractus imitari. Quid enim formoſius aut amabilius nobis accidere potuit? Nam quo tempore ſe cum muſis & literis vixiſſe teſtatus eſt, non ſolùm laudem atque honeſtatem conſequitur, ſed vitæ*

# DE VARIA QVERCVS APPELLATIONE.

## CAP. I.

IABOLENVS δρυὸς nomine omne genus arborum complecti voluit, & exemplo Græci ſermonis, glãdis appellatione omnes fructus contineri recitat. Budæus in ſuis annotationibus in Pand. ſe in antiquo exemplari ἀκρόδρυα, non δρυὸς legiſſe meminit: hæc enim ſignificant quæ in ambitu lignoſum putamen habent. βαλάνηφα au-

*Cerri glandem in quadam parte Græciæ* Gal-
lotιas *vocant: ſunt qui hanc gl. cerri
non eſſe velint.*

GENVS CASTANEÆ INCOGNITVM



GLANS QVERCVS



GLANS CERRI



GLANS SMILACIS PILATINÆ



PILATINÆ ILICIS GLANS



GLANS QVER. PERPET. VIRENTIS



GLANS FAGI



GLANS SVBERIS



GLANS HEMERIDIS



GLANS INDIÆ



*Aurelle vul. vitis eſt idæa Theophraſti. Herbam deſertam ſunt qui muſcum terreſtrem eſſe velint.*

TRELY VVLGO



AVRELLE VVL.



SP. CACALIÆ



DESERTA VVL.



# DE MONTE PYLATI.

CEMMENVS mons in Pyrenen medios per campos rectà perducitur, & in medio deſinit prope Lugdunũ ad ſtadia duo M. prolixus. Hic pro varietate locorum & gentium ſicut Lyguſticum mare immutare frequenter nomen ſolet. Lugdunenſes ex eo quidem (vt plurimi aſſerunt) ſublime iugũ habent incolis omnibus Pylati voce notum: & ab eo Iudæorum rectore ſic vocatum fama vulgauit, qui CHRISTVM cruce affecit. Verùm vt ordiar ab initio, loci celebritas in tanta Galliarum æſtimatione, quanta Olym-

*Strabo lib. 4.*

*Cemmenus mõs.*

*Pylati mons.*

# DE OBSERVATIONE
## PROSPERAE VALETVDINIS AD STVDIOSOS.

MARCVS Cicero ad Tironem ſcripſit ea quæ imprimis bona valetudo poſtularet: πέψιν, ἀλύπιαν, περίπατον σύμμετρον, τέρψιν, εὐλυσίαν κοιλίας: Hoc eſt, concoctionem, iucunditatem, deambulationem moderatam, delectationem, purgationem ventris. Qui neque languido, neque fracto eſſe corpore deſiderant, hæc præcepta plurimum facere conſueſcũt. Nam niſi carenti doloribus morbíſque vita ipſa pœna eſt. Vt ergo abſit luctuoſa illa infirmitas qua dies noctéſque plerique laborant, animo primùm oportet valere, corpore vt poſsimus. Deinde ab omni ſaporum conſeruatione variíſq; condimentis abſtinere, vt ſit ſimplex cibus tanquã homini vtiliſsimus.

*Lib.16. Epi.ſa.*

# DIVINARVM AC HVMANARVM ARTIVM COMPARATIO.

APPREHENDITE *diſciplinam, ne quãdo iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta.*

Qui volunt præſtantiorem viam deligere, vt facilis ad eum, à quo ſumus profecti, aditus pateat, vtiliſsimũ eſſe ducimus DOMINI & DEI noſtri doctrinã toto amplecti conatu: & hanc propterea quòd negligere ſine detrimento non poſſumus, cótinenter in ſinu retinere debemus, ne in furore nos arguat, aut in ira ſua corripiat DOMINVS. Eſt igitur omni re optabilius atque præclarius ad DEI ſanctiſsimam diſciplinam demigrare, quæ tam à libe-

# HORATII FLACCI
## LOCI DVO ILLV-STRATI.

HORATIVS vbi nauem proſequitur, qua Vergilius Athenas ferebatur, ſic ſcriptũ reliquit,

*Illi robur & æs triplex*
*Circa pectus erat, qui fragilem truci*
*Commiſit pelago ratem.*

Nonnulli quid æs triplex eſſet aliquando rogarunt, verùm, vt opinor, ex Iulij Cæſaris moneta perbellè explicari poteſt. Inſcriptio eſt eiuſmodi: COSSVTIVS MARIDIANVS A. A. A. F. F. quaſi dicas, AVRO, ARGENTO, AERE, F. F. Cæſaris eſt aliud numiſma, licet ad rem non faciant, tribus quoq; ſignatum literis V. V. V. Suetonius optimè id paucis eſt interpretatus. Pontico inquit, triumpho inter pompæ fercula trium

*Aes triplex.*